onum proprietatis titulo nobis et ecclesie nostre conferent et domnus Philippus gloriosus Romanorum rex et alii, quos propriis nominibus supra expressimus, sibi in eodem feodo succedentes eardem hubas, quas nobis predictum monasterium contulit, loco resignatarum possessionum a nobis in feodo reciperent.

Hec omnia communicato fratrum nostrorum consilio sub presentia domni regis celebrata sunt et ad utilitatem ecclesie nostre firmiter instituta.

Volentes igitur, ut hec nostra constitutio debitam firmitatem obtineat, ne in posterum negligentia, odio vel aliquo casu valeat retractari, presentem paginam tam nostro quam ecclesie nostre sigillo mandavimus roborari.

Huius ~~regi~~ rei[31] testes sunt Philippus Romanorum rex, Cunradus Wirziburgensis episcopus, Lifridus Hersfeldensis abbas, Godefridus maior prepositus, Berngerus decanus, Gerlahus prepositus novi monasterii in Wirziburc, Bobbo comes de Wertheim, Ruperthus de Castela, Eggehardus comes de Wirziburc, Cunradus dapifer de Rotenburc, Hermannus Rindesmula, Heinricus de Sterinberc et alii multi.

Acta sunt hec anno incarnationis dominice millesimo centesimo nonagesimo nono, indictione secunda, pontificatus domni pape Innocentii anno secundo.

~~Die quasi aufgedrückten Siegel abgefallen.~~

F. Aus dem Originale im Reichsarchive zu München. Die zwei aufgedrückten Siegel sind abgefallen. Vgl. Reg. Phil. 30. — [1] oder Irminoldeshusen. — [2] 30. — [31] regi.

1199 Feb. 22 ~~regest. 24~~ Reichsstift auf Grund Würzburg.

Reg. Bo. I, 381.